UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

**Pragae, Anno M.DCC.III.**

**VD18 13723553**

Provinciales.

urn:nbn:de:hbz:466:1-65423

Visual Library

tere; ipſique de ipſius licentia non tantùm ad Carthuſienſium, ſed ad quemvis alium Mendicantium, vel non Mendicantium, paris, laxioris, arctioris, obſervantiæ Ordinem, per ipſum Præpoſitum Generalem illis præſcribendum (de conſenſu tamen Superiorum loci illius, quò deſtinabuntur) demigrare: in eíſque Profeſſionem per illius Monachos, alióſve Regulares emitti ſolitam, emittere, habitúmque ſuſcipere, eorúmque conſvetâ uti diſciplinâ. Ipſíſque inhibetur, ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ, nè quid contra præſentium tenorem audeant attentare. Gregorius XIII. pag. 71. ubi & prohibet hujus gratiæ communicationem, etiam his, qui ſua Privilegia cum Societate participant, & participare poterunt.

An hodie poſt Concilium Tridentinum ſit licitum differre Profeſſionem finito Novitiatu, ùt ante Concilium licebat, vide ſuprà verbo *Concilium Tridentinum*. Vide etiam quod habetur ſuprà verbo *Apoſtata*. §. 10.

# PROVINCIALES.

*Provincialis electio in locum demortui.*

MOrtuo Provinciali in partibus longinquis ac remotiſſimis, poteſt alius ejus loco eligi, dū alius per Generalem Præpoſitum mittitur. Paulus III. pag. 14.

*Non utantur Noſtri hoc privilegio: ſed ubi opus erit, ſequantur, etiam extra Europam, quod IV. Congregatio generalis præſcripſit Can. 22.*

Vide verbo *Indulgentia.* §. 10. & verbo *Notarius.*

# QUARTA.

Vide verbo *Exemtio.* §. 5.

# RELIGIOSUS.

MOtu proprio, certáque ſcientiâ, ac de Apoſtolicæ plenitudine poteſtatis, declarando ſtatuit ac decernit Gregorius XIII. non ſolùm eos, qui in Coadjutorum formatorum, ſive Spiritualium ſive Temporalium, Societatis gradus & miniſteria admittuntur, ſed & alios omnes, qui in ea bien-